

Christian Woldenberg Hektor Friedrich Wicht von

Discursus Politicus in quo Tota Politica Arnisaei Per Synopsin Exhibetur

Rostochi[i]: Richelius, 1652


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730151611>

Druck Freier  Zugang



L. Woldenberg (H. v. d. Wiche).

R. U. phil 1652.



DISCURSUS POLITICUS

in quo

TOTA POLITICA
ARNISÆI PER SYNO-
PSIN EXHIBETUR

Quem

*Consensus & autoritate Amplissima Facultatis
Philosophicæ, in Nobili & Illustri ad Varnum
Academiâ*

PRÆSIDE

Clarissimo ac Consulissimo

DN. CHRISTIANO WOLDENBERGIO

Phil. & J. U. Doctore.,

Publicè in Collegio Majori ad diem 7. Augusti, 11. Fris
defendetHECTOR *Friederich* von Wicht/
Frisius.

Aristoteles 7. Polit. c. 2. p. m. 322, & c. 5.

*Πολιτεία ἀρίστη ταύτη, καθ' ἡν πᾶσι καὶ ὅτις ἐν ἀε-
σει περιεῖται, καὶ ὧν μακροτέρως, ἢ ὃδ' εὐδαιμονία
περιεῖται.*

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi,
Anno c1o 1o c LII.

DISCURSUS POLITICVS

in duobus

TOTA POLITICA

ARTIBVS DIVIDENS



IMPRIMATUR

MDCCCLXXXIII

Præses ad Dn. Respondentem.

HECTOR adest, iucitas defendit Principis artes,
Publica quæ sit res parva Synopsis habet.
Quid focii, civis, Respublica, quidve ministri,
Quid Rex, quid Princeps, pagina parva docet.
In tenui labor est, tenuis non gloria, credas
Ex parvis scriptis ipse politus eris.
Post hæc ex cathedrâ juridica scripta sonabunt
Ut Comes Ost-Frisiæ te colat, atque beet.
Maeste isthoc studio nomenq; genusq; manebunt,
Pars quondam Comititis gratior esse potes.
Si factum voto quondam successerit, opto
Ut memor Hylorii sis, maneatq; tui.

Publica proponis jam themata, pergito Amice,
Ut Frisia quondam magna columna fies.

Gratulab. amico suo candido l. mqs; apponebam
Melchior Evers Frisius.

Sic Nobili & Docto Viro - Juveni

Hectori Friderico à Wicht Dn. Respondenti.

Quamvis multa scias, labor est tamen omnis inanis,
Hicce tuum, nî vis, ut quoque scire sciat.
Hinc scandis Cathedram, dotes prompturus ibidem,
Queis benè ditavit pectus Apollo tuum.
Cœpta tua extollo iustis nunc laudibus, illâ
Qua jam cœpisti tendere, perge, viâ.
Hector sic Hector fies, Frisiæq; columna
Immobilis fies, lausq; decusq; Tuis.

Applaudere voluit, debuit

JOHAN à LITH, Nob. Brem.

Hector es? affirmo: quia jam consortia vita
Humana tradens, fers onus Hectorum.

Iste

*Iste suum nomen durando ut secula vincat,
Fecit: pro patrijs nam tulit arma focus.
In studijs molem haud moliris, Amice, minorem,
Non minor Hic te nunc laus manet. Hector eris.
Quod amico candido gratulab. vovit
Gotfridus Joh. Hayen Esenâ-Fris.*

*Sic tua dat specimen Doctis Industria doctum.
Nec tua privatæ publica cura deest.
Quæ certas, amplo fulgebit honore cathedra.
Ni defint curæ, candida vota tibi.
Hæc paucula gratulandi ergo adscere voluit
JOHANNES VIETOR *Stickhusâ-Frisius.**

*Svavis Amice mihi gratarer carmine vili,
Sed mea quid profunt carmina amica tibi?
Cum videam, multos multis ornare labores
Laudibus: hoc coeptum Prosperet Alma Trias.
Ægidius Conradus Bachhaus / Iher. Frisius.*

*Subditi Alexandro dant omen: Victor ubique es,
Cum nodus pereat Gordius ense tuo:
Sic tibi: qui laqueos, dubijs contortaq; nodis
Lemmata, nunc artis, mentis, & ense secas
Omen, amice, damus faustum: Tu victor in hocce,
Evades acti, Victor ubique clues.
NICOLAUS von der Meden Hadelensis.*

*Gratulor ex animo, quod jam subsellia scandis,
Ore sodalitiij themata ritè docens.
Perge ita: Sic fructus tua patria carpet amœnos,
Atqve cohors laudes carpet amica suas.
Eiben Johann Friederich Lubbes
Wursato-Frisius.*

☉: (o): ☉



Libri Aristotelis de Republicâ vocantur vel genera-
liter, ut patet ex inscriptione horum librorum: τὰ Πολιτικά,
sicut Ηθικά, φυσικά, ρητορικά; Vel specialiter Πολιτικῆ
προαγγέλματα, vel etiam πολιτικοὶ λόγοι; ἡ πολιτικὴ, πολιτικὴ φι-
λοσοφία, ἡ Πολιτική: πολιτικὴ δόξη. In priori significato accipi-
tur pro totâ Philosophiâ Practicâ, ut in Ethicis lib. 1. c. 1. his verbis:
Πολιτικὴ, Πολιτικῶν καὶ δυνάμεων κυριωτάτη, καὶ μάλιστα δεξι-
πικτικὴ: Et in Polit. c. 1. ἡ πασῶν κυριωτάτη. Et in Politico Plato-
nis: Πολιτικὴ ἀρχαὶ ἀποσῶν πράξεων: In posteriori autem pro
secundâ parte Philosophiæ Practicæ, quam octo libris Aristoteles
complexus, de quibus Julii Martiani Rotæ περιεχθὶ in eosdem no-
tanda:

Quæere PRIMUS opes, urbisq; exordia monstrat,
Executi hinc veterum cives & jura SECUNDUS
TERTIUS in varias distingvit publica partes.
Altius hæc eadem secernit singula QVARTUS.
QVINTUS habet lapsus, & habet retinacula QUINTUS
Ostendit populis sua quæque regimina SEXTUS
SEPTIMUS extructam componit legibus urbem.
Crescentis sobolis mores OCTAVUS adumbrat.

Autores qui Aristotelem commentariis, paraphrasi, vel interpreta-
tione illustrarunt, sunt hi: Vetus Argyropilus, Aretinus, Perionius,
Strebæus, Sepulveda, Lambinus, D. Thomas, Dionysius de Burgo,
Cælius Calcagninus, P. Victorius, Buridanus, Borrhaus, Sturmius,
Joachimus Camerarius, Acciaiolus, Casus, Giphanius, Scher-
bius, Piccartus, Heinsius, & noster Arniseus, cujus Politicam
jam in Synopsin contrahemus. Addantur Jabellii quæstiones &
Montecatini, ut & Felix Accorambonius Romæ editus, inscribitur
Mens Aristotelis. Priusquam autem ad nostrum Arniseum perga-
mus, hasce præmittimus quæstiones:

A

i. An

1. An sit hodiè amplius in Mundo Politica? D.
2. Num hi libri de Republicâ sint Aristotelis? A. *Vid. Cam. p. 8.*
3. Num Aristoteles Platonem & ejus autoritatem in hisce libris laeserit? N.
4. Num etiam sit fructus horum librorum? A. Quinimò ipse leges politico judicio dijudicandæ. *Vid. Capivac. de doctrin. diffic. c. 4. p. 40.*
5. An Juvenis possit esse Politicus, vel num sit accommodatus ad Politicam auditor? N. *Aristot. 1. Eth. c. 1. Lit. C. D.*
6. Qvis sit stilus horum librorum? R. Æquabilis ac temperatus, brevis & acutus.

Sequitur Politica Arnisaïi in Synopsis contracta secundum editionem in 4to, & ad disputandum proposita.

LIBER I. CAP. I.

DE CONSTITUTIONE POLITICÆ.

- p. 2. 1. **P**RAxis est operatio regulata à ratione. Propriè pro istà operatione accipitur, quæ ad honestatem destinatur. 6. *Metaphys. t. 1.*
- p. 3. 2. Politica tractatur ordine resoluto, à fine ad media.
- p. 8. 3. Finis est vel externus, vel internus. Externus est benè & beatè vivere.
- p. 10. 4. Internus est ipsa Respublica.
- p. 12. 5. Respublica est ordo Civitatis.
- ib. 6. Constituitur ex Imperantibus & obedientibus.
- p. 13. 7. Subditi sunt in triplici differentiâ, aut Peregrini, aut incolæ, aut veri subditi.
- p. 15. 8. Respublica gubernatur per Majestatis vicarios, & per leges. *Aristot. 3. Polit. c. 11.*
- p. 16. 9. Officiales aut consilio, aut auxilio pro sunt, illos Senatus, hos Magistratus nomine appellare solemus. 4. *Polit. in fin. § 6. Polit.*
- p. 17, 18. 10. Politicus Magistratus illos inter se confert, indeq; deponit officia, quæ omni Respublicæ necessario conveniunt.
- p. 24. 11. Civitas & familie non sunt principia, per quæ constituitur Respublica, sed sunt materia, in quam Respublica tanquam forma introducitur. 3. *Polit. c. 1. § 2.*

12. Civitas

12. Civitas est subjectam Reipublicæ, scilicet proximum, remotum enim est familiâ. 1. *Polit. 1.* huic enim inducitur per media. p. 26
 1. *Oecon. c. 1.*
13. Civitas est torum aggregatum ex pluribus familiis. 3. *Polit. ib.*
 c. 1, 2.

CAP. II.

DE FAMILIIS IN GENERE.

1. **P**olitica non est ex accidenti, sed ex ipsâ naturâ profluit. p. 29
2. Civitas non est propter ipsum vivere, sed propter bene vivere. 1. *Polit. c. 2.* p. 28
3. Honestas & naturalis instinctus hortatur animos ad societatem appetendam. *Aristot. 3 & 4. Polit. c. 4. lib. 8 & 9. Ethic. 1. Polit. c. 1. 1. Phys. c. ult. & pr. 7. de J. N. G. & C.* p. 29
4. Familia proprie nomen juris est, non personarum. 1. *Dec. c. 2.* p. 31
5. Familia est recta gubernatio eorum, qui sub Imperio unius patrisfamilias continentur. 1. *Oecon. 1 & 8. Eth.* ib.
6. Duplex est finis Familiarum, Procreatio sobolis, & sustentatio liberorum. ib.
7. Ad sobolem procreandam opus est viro & uxore; ad sustentationem familiæ servis. 1. *Polit. c. 2.* ib.
8. Liberi familiis annumerantur, non tanquam partes, sed tanquam effectus. p. 32
9. Multitudo servorum non facit diversitatem familiæ. ib.

CAP. III.

DE MARITO ET UXORE.

1. **R**eipublicæ interest, ut conjugia sint frequentia. 1. *Polit. c. 2. cui adde Disp. meam Hassniæ habitam de societate. & natural. vivendi gener. super integrum lib. 1. Aristot.* p. 40
2. Mediâ ætate ducendam esse uxorem legumlatores probant. Vid. Nov: Leo: 109. fœminis 1 2. masculis 1 4. anam definit. p. 43
 Vid. 7. *Polit. c. 16.*
3. Sponsalia ante septimum annum fieri non debent. l. 14. de *Sponsal Nov 100 c. 2* Constat etiam ex ll. Viduam, quæ virum elugget, intra id tempus Sponsam fuisse, non nocere. L. 10 ff. de his qui *not. infam.* ib.

- p. 44 4. Conjugia debent esse libera, scilicet quoad jure non prohibentur *L. Titia 134 ff. de V. O.*
5. Conjugium est conjunctio maris & foeminae, & consortium omnis vitae, divini & humani juris communicatio. *§. 1. ff. de P. P. l. l. ff. de R. N.*
- p. 46, 47 6. Polygamia excluditur.
- p. 50, 51 7. Reiteratae nuptiae permittuntur.
- ib. 8. Mulierum permutatio, licet consentiente uxore, non instituenda.
- p. 54. 9. Fornicatio causa est divortii.
- p. 56 10. Privata mariti vindicta ob adulterium mulieris non conceditur.
- p. 58 11. Diversitas religionis non est causa divortii, neque sterilitas.
- p. 60 12. Jus naturae est ut dignior imperet.
- p. 62 13. Leges Romanorum dignitatem foeminarum aestimant tantum ex dignitate mariti.
- p. 63 14. Mulier in potestate mariti est, non patris.
- p. 64 15. Maritus vitae necisque potestatem in uxorem non habet.
- p. 65 16. Maritus non facile castigationem realem admittat.
- p. 67 17. Mulier est sub potestate, quando videlicet refertur ad maritum; alias quoque Imperium habet in liberos &c.
- p. 68, 69, 18. Ducenda est 1. Nota, 2. Aequalis, 3. Virgo, 4. Pulchra.
- 70, 71, 72 19. Vitium occultum verbis patefiat, ne maritus decipiatur.
- p. 76 20. Spectanda aequalitas in dote.
- p. 77

CAP. IV.

DE DOMINO ET SERVO.

- p. 82, 83 1. **S**ervi in dominium nostrum rediguntur, aut Jure Civili, aut Jure Gentium. Aristot. 1. Polit. c. 1 & 3. addit, & quidem jure naturae, quando natura generavit hominem, adeo rationis impotentem, ut sibi ipsi de salute prospicere non possit.
- p. 83 2. Jure Gentium aliqui nascuntur, aliqui in bello capiuntur.
- ib. 3. Jure Civili verò, qui praeium accipiunt, & libertatem suam vendunt.
- p. 84 4. Debitorem a creditore in servitutem abduci iniquum est.
- p. 86 5. In Ecclesia durarunt servitutes usque ad annum 1190.

6. Aequi

6. *Æquitas est servitutem esse abrogatam.* Jcti alios servos p. 87
 vocant Ordinarios, alios Vicarios: Honestiores sunt: Atrienfes, A-
 ctiores, Dispensatores, Cubicularii, Notarii, Nomenclatores: Vilio-
 res: Obfonatores, Coci, Unctores, Oflarii, Mediaſtini, Scoparii:
7. Servorum conditio apud Romanos fuit miſerrima. p. 87
8. Multitudo ſervorum Reipub. nocet. *Ariſtot. 2. Polit. c. 7.* p. 89

CAP. V.

DE PATRE ET LIBERIS.

1. Inter parentes & liberos ſocietas vel amicitia regia eſt. 1. *Polit.* p. 92
 8. 1. *Oeco. 3 q. 8. Eth. c. 11.* indeq; reverentiã ſummã lib: parentes
 proſequi debent, Sin contra nefarias manus ipsis intulerint gladio ul-
 tore puniantur, p. 94, 95.
2. Ab obedientia liberatur filius per officium publicum. p. 96
3. Jcti dederunt in parentem imperium filio in tali constitu-
 to officio. ib.
4. Obedientia refertur ad imperantem, E. pater habet potesta-
 tem in liberos, non tamen vitæ necisq; ib.
5. Constantinus M: filiorum interfectores ut parricidas puni-
 ri voluit. p. 99
6. Alimenta liberis ſunt præſtanda, & vice verſa, 1. *Polit. c. ult.* ib, & 100

CAP. VI.

DE CIVITATE ET CIVIBUS.

1. Civitas eſt adæquarum ſubjectum Politices. p. 101
2. Urbs & Civitas differunt. ib.
3. Civitas eſt ſocietas domorum & generum, ſen familiarum
 vitæ perfectæ & per ſe ſufficientis gratiã. *lib. 1. Polit. c. 2. 2. Pol. c. 1. 3.* p. 102
Pol. 1.
4. Finis eſt bene & beatè vivere, quantum in multitudine fieri
 poteſt. ib.
5. Civitas eſt quaſi materia, in quam Reſpub: tanquam forma
 inducitur. p. 103
6. Civis eſt ſocius, qui cum ſuã familiã in ſocietate familiarum
 bene vivere intendit. *Vid. 3. Polit. c. 1.* p. 104
7. Civis Romanus plenus eſt, qui domicilium, tribum vel cen-
 ſum, & publicos honores ad eundem poteſtatem habet. p. 105

- p. 107 8. Coloniae sunt Civitates, è majoribus civitatibus, tanquam Populorum examinibus conditæ.
- p. 107 9. Coloni sunt cives, qui ad incolendam urbem bello captam mittuntur.
- p. 108 10. Coloniae aliae Romanae sunt, aliae Latinae.
- p. 109 11. Municipales sunt cives Romani ex municipiis suo jure & LL. suis viventes, muneris tantum cum Pop: Rom: honorarii participes, à quo munere capeffendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ullà populi Romani lege adstricti, Vid: *Gell: l. 16. c. 13.*
- ib: 12. Sunt autem Municipum duo genera, sine suffragio & cum suffragio.
- p. 110 13. Modi obtinendi Civitatem sunt 1. Nativitas, filius enim Civitatem, ex qua pater ejus originem ducit, sequitur.
- p. 111 14. Distinctarum civitatum nemo potest simul esse civis.
- ib: 15. Cives dicuntur membra civitatis.
- p. 112 16. Cives omnia debent civitati.
- ib: 17. Nemini licet patriam invitam mutare, aut ejurare. *l. origine, l. si quis C. de municip: nisi publica necessitas id exegerit. Ulpian: l. asumpt: ff. ad Municip: & Valentin: in l. Curiales C. de decurio.*
- p. 114 18. 2. Manumissio.
- ib: 19. Apud Romanos Liberti pro civibus reputabantur.
- p. 116 20. 3. Cooptatio, vel Donatio.
- p. 118 21. Romani difficulter alienigenas receperunt, quia putabant cives Rom. majestate plenos esse.
- p. 119 22. Perduellis est, qui hostili animo adversus Remp. vel Principem suam animatus est. *l. fin. ff. ad l. Jul. Majestat.*

CAP. VII.

DE REBUS PUBLICIS IN GENERE.

- p. 119 1. **R**epublica est ordo totius civitatis consistens in regimine summae potestatis per medios magistratus. *3 Polit. c. 1 & 6.*
- p. 121 2. Essentia Reipubl. non consistit in paupertate & divitiis, sed in personarum numero.
- p. 125 3. Respub: tum à Principibus tenentur, tum à populis, aliquando à singulis.
- ib: 4. Estq; vel Monarchia vel Aristocratia vel Democratia.

5. Lydius

5. Lydius lapis, ad quem omnes Respubl. exigenda, est cura p. 127
salutis & boni publici.

6. Perfecta est illa Respublica in qua cives bene & beate vi- p. 128
vunt.

CAP. VIII.

DE MIXTA REPUBLICA.

1. Non judicanda est Respubl: Mixta, nisi formæ ita inter se tempe- p. 129
ratae sint, ut nullius simplicis nomine jure nominari queant.

2. Mixtio est vel vera vel apparens. p. 131

3. Summæ & plenæ potestatis ea ratio est, ut aliam secum non p. 132
compariatum.

4. Vera mixtio est: Quando jura Majestatis separantur & di- ib:
versa diversis statibus attribuuntur.

5. Respubl: Lacedæmonica fuit Aristocratica cum Democra- p. 336
tiâ mixta.

6. Respubl: Romana fuit Democratica aliquando. p. 139

7. Nulla Respubl: tam subito mutari potest, quin aliquid præ- p. 145
cedentis formæ retineat. *Aristot: 4. Polit: 5. in fin.*

8. Condicio nascentis Monarchiæ, svasit, sæpe populo indulge- p. 146
re aliquid, & fucum adspargere, ne sentiret jura à se auferri.

9. Socordiæ Imp. tribuendum est, quando quas ipsi nolue- ib:
runt gerere res, Senatui permisissent.

10. Respubl: Imperii Romani Monarchia rectè dici poterit. p. 147 &
Est tamen propriè Monarchia cum Aristocratiâ mixta. p. 150.

11. Respubl: Regni Polonicæ ad Aristocratiam propius vergit. ib:

12. Respubl: Venetorum Aristocratica est. p. 153

CAP. IX.

DE MONARCHIA, REGNO ET

TYRANNIDE.

1. Monarchia est Rerumpubl: prima. p. 155

2. Monarchiæ 5. diversitates non species tradit Aristoteles 3 p. 156
Polit: 10.

3. Quarum prima est secundum leges. ib:

4. Secunda tribuitur Barbaris.

5. Tertia Extraordinaria est. ib:

6. Quarta

- p. 157
p. 158, 159
6. Quarta Heroica est.
7. Quinta vera, quando unus tantum imperat.
8. Si necessitas cogit imperantes multiplicari, satius est plures præfici, quam duos.
- p. 160
ib: 161
9. Regnum est Monarchia, in qua salus subditorum maxime procuratur, quod fit quando Monarcha subditis sua cuique bona propria, secundum Dei, naturæ, suasque ex æquo & iusto conditas Leges imperat.
- p. 164
p. 166
p. 167
ib:
10. Virtus potissima, est PIETAS, quæ amplectenda Principi, ut Christianus est.
11. Requiritur potissimum in Principe 1 Ut talem se præstet privatis, qualem ipse privatus optaret, (Nota. Severitas cum Clementia temperanda) 2 Ut cæteros mortales nitatur virtutibus superare. 3 Autoritas.
- p. 175
p. 181
12. Modus ad imperium ordinariè perveniendi non sit fors, quia sæpe temeritas inter sortes regnat.
13. Quando quaeritur de electionis & successionis comparatione? Resp: Boni civis esse præsentem statum, quamvis improbum, boni consulere, quoniam sine majori malo mutari nequit.
- p. 184
p. 196
14. Primogenitus reliquis præfertur. Item Nepos patruo.
15. Primogenitus etiam ante regnum adeptum cæteris præferendus est, nisi aliud per Leges imperii statutum fuerit.
- p. 197, 198
16. Fœminæ ab imperio ordinariè arcentur, Item Spurii.
17. Dominatus est, Species Monarchiæ, inter Regnum & Tyrannidem media, ubi subditorum cura secundariò & conditionatè habetur.
- p. 199
p. 200
18. Dominus hic est, qui libertatis & fortunarum omnium Dominus, jure belli factos, aut fœdere subditos, quasi paterfamilias servos moderatur. Sic olim Rex Persarum: Hodie Turca.
19. Apud Europæos in feudis vestigia dominatus inveniuntur.
- p. 201
p. 202
20. Tyranni olim dicebantur, qui potestate erant perpetuam in eâ civitate, quæ libertati assveverat. Æmil. Prob. in Milciad:
21. Tyrannus est, qui negligit & subvertit bonum publicum, habitâ tamen ratione sui commodi.
22. Tyrannus vel titulo est vel exercitio.

23. Ty-

23. Tyrannis est violentum imperium unius præter mores & leges *Lipſius 6. Polit. 5.*

CAP. X.

DE ARISTOCRATIA, DEMOCRATIA,
ET RERUM PUBLICARUM INTER
SE COMPARATIONE.

1. Quando pauciores imperant, Aristocrata est: Quando plures *p. 204*
ex universo civium ordine, Democratia est.

2. Aristocrata bene constituta est, quando optimi quique ad salutem civium gubernant. Contrarium hujus est Oligarchia.

3. Democratia est quando universus populus, vel maxima ejus pars æqualiter imperat secundum leges. *ib:*

4. Democratia potissimus finis est Libertas. *ib:*

5. Democratia vitium est, quando improba Plebs pro arbitrio suo omnia agit cum detrimento Reipubl. aut primariorum civium. *ib:*

6. Monarchia (absolūtè) præstantissima est ex commoditatibus, quibus cæteras species antestat. *p. 206*

CAP. XI.

DE SUMMA POTESTATE ET JURIBUS MAJESTATIS.

1. Imperantes hic intelliguntur, qui propriam potestatem sine superiori habent. *p. 209.*

2. Magistratus sunt instrumenta, per quæ summa potestas imperium suum exequitur. *ib:*

3. Majestas cuius Reipubl. perfectæ attribuenda est. *p. 210*

4. Majestas soluta est LL. positivis. *ib:*

5. Itamen ut juramentum divinis & natural. legibus consentaneum, Majestatem non imminuat. *p. 215*

6. In hanc summam potestatem committitur crimen læsæ Majestatis (ad eos etiam pertinet, qui sunt membra Majestatis l. Quisquis s. C. ad l. Jul. Majest). *p. 214*

7. Jura Majestatis sunt 1. Potestas ferendi leges, it: absolvendi aliquem à LL. & irrogandi Privilegia, remittendi & condonandi scelerata, legitimandi & naturalia restituendi. *p. 215*

8. 2. Summum Imperium & jurisdictio sine provocacione. *p. 217*

- ib:* 9. 3. Potestas instituendi Magistratus.
p. 218 10. 4. Potestas exigendi tributa & vestigalia (summa urgente necessitate non ad luxum).
p. 221 11. Jus tractandorum armorum quod Armandia dicitur. *cap. un. qua sunt regal.*
ib: 12. 6. Via publicæ, flumina navigabilia, portus, ripatica, thesauri in locis publicis inventi, res pro derelictis habitæ, Venatio (quæ jure naturæ regale non est, sed longâ præscriptione in Principes derivata) confiscatio bonorum damnatorum, jus signandæ monetæ.

CAP. XII.

DE IIS QUI SUMMÆ POTESTATI
 SUBJICIUNTUR.

- p. 223* 1. **Q**uicumque in Repub: vivunt, aut peregrini sunt aut incolæ, aut indigenæ & veri subditi.
ib: 2. Peregrinus & hospes, qui in alienâ versatur Repub: ubi nec domicilium habet, nec Reipublicæ pars est.
p. 224, 225 3. Non temerè quilibet recipiendi sunt.
p. 225 4. Peregrini non facîle ad Magistratum admittendi sunt.
p. 229 5. Incolæ est, qui aliquâ regione domicilium suum contrahit.
p. 230 6. Veri & proprii subditi sunt partes Reipub: quæ summæ potestati, quoad omnia sua obligantur, pro quo omnibus juribus & privilegiis Reipub: vicissim fruuntur.
ib: 7. Vox Civis de honorariis æquivocè prædicatur, cum præter nomen civitatis nihil illis communicetur.
ib: 8. Senes primum in Rep: esse debent (cæteris paribus).
p. 231 9. Servi non sunt cives.
p. 232 10. Singula genera civium in duo fora distingvenda sunt, Ecclesiasticorum & secularium.
p. 232 11. Primus locus Ecclesiasticis datur.
p. 233 12. Rom: Pontifex plus vult quam par est.
p. 235 13. Constantini M. donatio nulla est.
p. 237, 238 14. Distingvenda est Potestas Ecclesiastica à Politicâ.
p. 239 15. Cognitio summa Ecclesiasticorum quoad causas Politicâ ad unum Pontificem Romanum non pertinet.
p. 240 16. Seculares in nobiles & ignobiles seu plebeios dividuntur.

17. Max.

17. *Mantia Romā triplex, Equitatu, plebe, Senatu (Aulonius).* p. 240
18. *Equites tam ex plebe quam ex patriciis eligebantur.* p. 241
19. *Nobile est quod in unoquoque genere excellit.* ib.
20. *Sola divitiarum non nobilitant, quia cadunt etiam in infames.* ib.
21. *Vera nobilitas ex Virtute est, & ex genere.* p. 243
22. *Quando vero quaeritur, cujus major sit dignitas, an illius qui ex genere, an qui ex propria virtute nobilitatur? Dist. Nam si nobilis genere a parentum virtute deficiat, suapte culpa genere cadit, genus ingenuum, genus ingenuum improbat, & hinc recens virtus praefenda; Si vero nobilis genere imiteretur virtutem paternam, & nobilitatem ex genere deductam nova virtute adaugeat, tunc alteri merito praefertur.* p. 245
23. *Potestas conferendi nobilitatem ad omnem Majestatem pertinet.* p. 246
24. *Inter nobilitatos primus locus Theologis datur.* p. 248
25. *Secundus Prudentibus.* ib.
26. *Jurisprudencia non est scientia proprie dicta.* ib.
27. *Prudentes triplices sunt.* p. 249
28. *Primo loco Juri ponendi sunt.* ib.
29. *Secundo Medici.* p. 250
30. *Philosophi.* p. 251
31. *Cum hoc doctorum ordine concidit ordo militaris.* ib.
32. *Simplex quidem militia non connumeratur inter gradus dignitatis, ea tamen quae cum praepositura est, ut sunt capitanei, questres, &c. dignitatem habet.* p. 252
33. *Nobilium nomen latissime patet, ita ut complectatur omnes ordines infra Majestatem usque ad Plebeios.* ib.
34. *Sequuntur Plebei, qui officia sordidiora tractant, ut sunt agricolae, mercatores, opifices &c.* p. 254
35. *Politicus habet rationem non jucundissimam, sed optimam vitae.* p. 255
36. *Quando quaeritur an mercatura sit exercenda? D. inter mercaturam tenuem & copiosam, si tenuis sordida putanda, si copiosa, magna undique portans, non est admodum vituperanda.* p. 257
37. *Lucrum non sit propositum mercatori tanquam finis, sed tanquam stipendium laboris.* p. 258

- p. 259. 38. Si quæritur an opifices sint tolerandi? D. inter artes adnecessitatem & ad voluptatem comparatas, hæc rejiciendæ, ut coci, pistores, tabernarii &c. Necessariæ verò habentur non omnes ejusdem rationis; nonnullæ enim licet desiderari commodè nequeant, tamen suâ naturâ ita sordidæ sunt, ut ingenui ab istis abhorreant, ut officium licitorum, carnificum &c.
- p. 262 39. Cæteri opifices, qui nec sordida opera nec inhonestum quæstum exercent, nec corruptelas inducunt, civibus adscribi possunt.
- ib: 40. Antiqua distributio civium est in tribus & curias.
- p. 263 41. Tribus appellata est à tribus partibus, in quas Romulus Populum Romanum distribuerat.
- ib: 42. Curia comparantur Paræciis apud nos.
- ib: 43. Collegium est trium ad minimum aut plurium personarum ejusdem conditionis societas.
- ib: 44. Collegæ debent esse ejusdem professionis.
- p. 264 45. Ex diversis professionibus nascetur corpus: ex corporum & collegiorum congregatione Universitas.
- ib: & 265 46. Jus collegiorum consistit in hoc, quod possint de rebus suis, & in collegas statuere, dummodo non statuant contra LL. publicas.

CAP. XIII.

DE OFFICIIS REIPUBL: IN
GENERE.

- p. 266 1. **E**Xtraordinarii vicarii etiam sub officialium nomine in genere comprehendi possunt.
- ib: 2. Inquilini ad munera gerenda à Rep. cogi possunt.
- p. 268 3. Salaria officialibus sunt constituenda.
- ib: 4. Munera pro judicio non sunt accipienda.
- p. 269 5. Ambientes non sunt facile admittendi.
- p. 271 6. Virtutes officialium sunt 1. Civium commoda promovere
2. probitas morum.
- p. 272 9. Divites nisi fraude & quæstu divitias acqviserint, potius ad Imperium admittendi, quam pauperes.
- p. 273, 274 8. Multi consanguinei simul ad officia non evehendi.
9. Unus

9. Unus multitudine officiorum non pręgravandus. *ib:*
 10. Quando quęritur an Magistratus perpetuus, an verò ambu- *ib: 65 seqq.*
 latorius præstet? Dist. est inter Magistratum summum & inferiores,
 2. Inter Rempubl: Monarchicam & Polyarchicam, 3. Inter cives æqua-
 les & inæquales.

CAP. XIV. DE SENATU.

1. **A**lia officia necessaria sunt, ut carere minimè iis Respub: possit, p. 277
 quę ordinaria vocant, alia extraordinaria.
 2. Senatus necessarius est in Democratia ad præcipitantiam & p. 278, 279
 furorem vulgi suã tarditate contemperandum: In Aristocratia quę
 ex Senatu constat: In Monarchia, quia unus omnia sustinere non
 potest.
 3. In Senatu nullum est Imperium quatenus in se spectatur, nisi p. 280
 aliud quoddam officium à Majestate ipsi unã committatur.
 4. Senatus Romanus non erat simpliciter Magistratus, sed ge- p. 281
 rebat partem Majestatis.
 5. Senatui adscribi debent, qui prudentia pollent. *ib:*
 6. E Magistratibus Senatus esse debet. p. 282
 7. Senectus in Senatore requiritur, & juvenus plerumque reji- p. 283
 citur ordinariè.
 8. In dando consilio Senator respicere debet bonum publi- p. 285
 cum.
 9. Mos dicendi sententiam servandus. p. 286
 10. Post consilium requiritur silentium. p. 287
 11. Numerus Senatorum non sit amplius. *ib:*

CAP. XV. DE MAGISTRATIBUS.

1. **M**agistratus pro eã potestate hic sumitur, quę summę subijcitur. p. 289
 2. Ecclesiastici non sunt Magistratus. *ib:*
 3. Judices judicabant vi ejus, cujus mandato causam susce- p. 291
 pissent.
 4. Magistratus est potestas ordinaria ex lege à Majestate conces- p. 292
 sa, ad gerendas Respublicas.
 5. Quando quęritur an potestas Magistratum sit propria? *ib:*
 Dist.

Dist. Inter Magistratum propriè & impropriè dictum vid. §. i.

- p. 294 6. Magistratus dividitur pro numero negotiorum & amplitudine Reipublicæ.
- p. 295 7. Jurisdictio (in genere) est potestas de quacunque re cognoscendi & judicandi, seu judicatum exequendi.
- p. 295 8. In specie opponitur Jurisdictio Imperio mero.
- ib: 9. Versatur autem cura Magistratum i. in providentiâ de salute totius Reipub: quemadmodum Archontes & Consules.
- p. 296 10. Hic Magistratus nimia potestate non est armandus.
- p. 297 11. 2. Circa reditus publicos & ærarium unde Quæstores.
- p. 298 12. 3. Circa justiciam.
- p. 299 13. Præmiorum distributionem princeps per se exercere debet, pœnarum verò irrogationem prætoribus &c. committere.
- p. 300 14. Princeps non debet quascunque lites audire, nec judicare, & nimiam familiaritatem cavere.
- p. 302 15. Judex in maleficiis condonandis nimis facilem se non præbeat.
- p. 303 16. Judex secundum LL. sine dubitatione planas, & honestati vel Pietati convenientes judicare debet.
- p. 305 17. Persona judicis scientiâ juris instructa esse debet.
- p. 307 18. Necessè est judicem à crimine, quod damnaturus est, immunem esse.
- ib: 19. Judex debet affectibus vacare.
- p. 308 20. Judex non debet munera accipere.
- ib: 21. Utraque pars à judice audienda est.
- p. 309 22. Judex non debet sententiam præcipitare.
- p. 310 23. Moribus præpositos oportet censes, qui ea corrigant, quæ LL. definiri nequeunt;
- p. 311 24. Duplex est censorum officium.
- ib: 25. Primum in numeri, ætatis, ordinis, conditionis, dignitatum, possessionum, civium æstimatione & descriptione consistit.
- p. 313, 314, 26. Secundum in emendatione morum consistit.
- 315 & seq. 27. Ex usu Reipub: esset, ut censura reduceretur.
- ib: 28. A censoribus prospiciendum, ut conjugia rectè instituantur, pueri rectè educantur, ne fœminæ & viri nimis superbiant, nec luxum in vestitu, cibo ac potu admittant.
- p. 316

GAP.

CAP. XVI.
DE CURATORIBUS.

1. **O**rdinarios sequuntur extraordinarii Magistratus. p. 327
2. Curatores sunt, quibus officia committuntur extra ordinem sine lege aut consuetudine. ib:
3. Eos Magistratus hic consideramus, quibus dantur mandata summæ Potestatis extra ordinem exequenda. p. 322
4. Horum prima lex est; Nihil ultra mandarum agere. ib:
5. Mutatâ voluntate mandantis ipsorum quoque officium definit. p. 323
6. Inter Curatores maximè prominent Legati. ib:
7. Securitas Legatis præstanda est. ib:
8. Legati modeste se gerant in alienâ terrâ. p. 325
9. Si duriora fuerint Legatis mandata injuncta, prudenti temperamento mitiganda sunt. p. 326

CAP. XVII.
DE LEGIBUS.

1. **L**ex dicitur instituta ad compeſcendum improbos, & ut iusti tui sint. p. 327
2. Lex est iussum à summa potestate promulgatum. p. 329
3. Bonitas non pertinet ad essentiam legis, est tamen tenenda. ib:
4. Non est de essentiâ Legis Scriptura. p. 330
5. Rationes LL. ex intimâ Philosophiâ desumenda. Cic. 1. de LL. p. 331
6. Philosophiâ derivat LL. ex Justitia. ib:
7. Justitia duplex commutativa & distributiva, ad hanc præmiõrum, ad illam poenarum distributio refertur. ib:
8. An verò poenæ proportionè Geometricâ, an Arithmeticâ irrogandæ, Judicem docebit prudentia ex LL. tam divinis quàm humanis comparata, conjuncta eum experienciâ & solerti consuetudinum atque circumstantiarum consideratione. p. 332
9. Multitudo LL. nimia noxia est. p. 338
10. LL. simul late non facile mutandæ. p. 339

CAP. XVIII.
DE EDUCATIONE.

1. **M**axima necessitas est educationis rectæ. p. 340
2. Repub. p. 340

- p. 342 **C**
 343
 344
 345
 347
 348
 349
 350
 351
2. Reipub: interest, statim à principio generationi liberorum prospicere, item gestationi, nutritioni.
 3. Infans lacte materno nutriendus est.
 4. Unusquisque eo ducendus est, quo natura vergit.
 5. Institutio publica privata præfertur.
 6. Cives ad honestum aliquod genus vitæ adigendi, & ab otio avertendi sunt.
 7. Vagi mendicantes, robusti, item Zigeni non sunt tolerandi.
 8. Collegia ad promovenda studia institui debent, non tamen sine Reip: autoritate.
 9. Academia potestate & jurisdictione sunt iastituenda.
 19. Studia liberalia præstant cæteris.

LIB. II. CAP. I.

DE CORRUPTIONE ET CONVERSIONE RERUM PUBLICARUM.

- p. 353
 354
 356
1. **H**actenus prima pars, quomodo Respubl: componenda, sequitur altera, quomodo curanda vel corruptio prævertenda sit.
 2. Ubi disting. inter naturalem declinationem seu defectum & inter morbum Reipub:
 3. Quando una species in aliam mutatur, non essentia Reipublicæ sed qualitas mutatur.

CAP. II.

DE CAUSIS QUIBUSDAM CORRUPTIONUM RERUM PUBL:

- p. 357
 358
 359
 351
 363
 365
1. **O**ccasio veris causis annumeranda non est.
 2. Numeri Platonici sunt res obscurissima.
 3. Fato si quid hic tribuendum, intelligenda est potissimum divina providentia.
 4. Astra non sunt interitus Rerump: causæ.
 5. Neque Comætæ & Ecclipses.
 6. Politico non Astorum cursus respiciendi sunt primariò, sed quæ ex suâ disciplinâ derivantur, causæ proxima.

CAP.

CAP. III.

DE CAUSIS MUTATIONUM SPONTANEARUM ET PER FALLACIAM.

- I.** Causæ proximæ sunt vel externæ vel internæ.
2. Internæ sunt vel per vim, vel per fallaciam, vel sponte, & cum gratia tum imperantium, tum parentium. p. 365
ib:
3. Interdum indulgentiâ principum Respub: mutatae fuerunt. ib:
4. Si leges de anno in annum acuuntur, & sensim particulæ Majestatis, una post aliam decerpantur, ita ut tota Majestas uno ictu præcidi non sentiat, verè Sophisticus proceditur, ad potestatem unius minuendam. p. 368
5. Per fallaciam Respub: mutatur, quando vulgo vel universo populo tam callidè imponitur, ut quod sit, fieri non sentiat. p. 368

CAP. IV.

DE CAUSIS MUTATIONUM PER VIM INTERNAM.

- I.** Seditio certum Reipub: interituræ est argumentum, aut à seipsâ, aut per vim externam supervenientem. p. 370
2. Dissensio Civium. Licet Reipublicæ mortem non afferat, aperit viam potentioribus Principibus eam occupandi. ib:
3. Discordiæ undecim causæ enumerari possunt. p. 374
4. 1. Nimis honor, uni exhibitus, & reliquis denegatus. ib:
5. 2. Divitiæ quæ perinde hominum oculos perstringunt, ut honores. p. 375
6. 3. *ἰσοπέχια*. ib:
7. 4. *ἄουξια*. p. 376
8. 5. Metus seu desperatio. p. 377
9. 6. *καταφρονήσις* seu contemptus (quem potissimum ponunt 1. Neglectus rerum publicarum, 2. Mores pravi & vitia. Secus interdum etiam leviora.) p. 380
10. 7. Contumelia (major contemptu) est gravis injuria vel in corpus, vel in bona subditorum. p. 388
11. 8. *εἰς θάνατον* Coitio humilium, quæ tamen stultissima est, cum nemo eorum mortem evaserit, p. 393

C

12. 9.

- ib:* 12. 9. ὀλιγωρία, quando per incuriam Respub: datur administrandis, quibus præsens status divitiæ & odio est.
- p. 324* 13. 10. Τὸ παρεῖν μικρόν, quando putamus, hoc concessio, nihil decessurum Reipub: (idq; in Democratia potissimum locum habet propter imperitiam vulgi, quod per Demagogos facile seduci potest. Hi enim duplici modo Rebuspub: solent, afferre interitum 1. Quando populo adulantes, ejusq; res nimis dilatare cupientes, nobilibus occasionem præbent, contra plebem consilia ineundi. 2. Quando ipsam Plebem contra patritios arinant & extimulant).
- p. 398* 14. 11. Dissimilitudo hominum in Repub: viventium.
- p. 400* 15. Quibus omnibus alia etiam causa addi potest, mutatio nimirum Religionis.

CAP. V.

- p. 404.* 1. **C**ontraria sunt contrariorum remedia.
- ib:* 2. Remedia in duplici sunt differentia, alia aperta, alia arcana.
- p. 406* 3. Remedia triplicia proponuntur, aut enim sunt præservativa, aut curativa, aut remedia in specie proposita.
- ib:* 4. 1. Præservativa præcedunt.
- p. 406* 5. Securitas vitanda est, & periculum in propinquo fingendum, ut metus civibus injiciatur.
- p. 408* 6. Causis Republicam corrupturis viam præcludunt hæc.
- ib:* 7. 1. Nihil, quantumvis minimum, negligendum.
- p. 409* 8. Et Delatoribus utendum.
- p. 410* 9. 2. Leges non facile mutandæ, si tamen mutatio instituenda, ita fiat, ne à populo sentiat quod sit, si pristina rei umbra semper retineatur.
- p. 412* 10. 3. Sophismata Demagorum cavenda.
- ib:* 11. Oratores verò hodie tantam vim non habent, nisi religionis prætextu abutantur.
- p. 413* 12. 4. Prudentes Reipub: proponendi Magistratus.
- p. 414* 13. Magistratus, tum erga subditos, tum erga collegas suos bene se gerat.
- p. 415* 14. 2. Sequuntur Curativæ.
- p. 416* 15. Seditio curatur vel antevertitur, si æqualitas inter cives observetur.

16. Cui verò parti in seditione favendum, prudentia docet & *ib:*
circumstantia.
17. Reconciliatio tentanda, à mitioribus incipiendo. *p. 417*
18. Minari magis convenit duriora à principio, quam inferre. *p. 418*
19. Si hæc remedia non profuerint, ejiciendi sunt à Repub: al- *ib:*
teruter, aut, quod Reipub: utilius est, uterque.
20. Si quærat an Monomachia reduci debeat? Dist. Inter'ca- *p. 419*
sus. Ubi talis casus adsit, ubi sine sæde civium controversia componi
non potest, ex duobus malis minus eligendum est; propter levem ve-
rò casum nil concedendum.
21. Si plebes universæ tumultuentur per arcana procedendum, *p. 420*
& consilio, non impetu, per virum gratiâ apud populum valentem.
22. Omnis cura in autores convertenda. *p. 422*
23. Est etiam alia via seditionem declinandi, à mandatis sub pra- *p. 422*
textu quodam specioso, & cum spe melioris fortunæ seditionis.
24. Gladius in universum populum non stringendus, quia pe- *p. 423*
riculosum & à crudelitate parum alienum.
25. Contra desperationem optimum est remedium, ne spes *p. 426*
venia ullis hostibus præcidatur.
26. Nimia severitas coercenda. *ib:*
27. Tandem remedia in specie proposita sequuntur. *p. 428*
28. Contra Divitiarum invidiam census inventus est, ne liceret *ib:*
alicui civium ultra mensuram ditescere.
29. Verus etiam divitiarum usus invidiam amolitur. *p. 429*
30. Contra invidiam ex nimia potentiâ diligenter cavendum, *p. 430*
ne quis ultra mensuram crescat.
31. Nonnulli per Magistratus & officia Reipub: potentiam as- *p. 432*
quirunt, nonnulli per opes privatas.
32. Cavendum ne cum summis Magistratibus potestas armo- *ib:*
rum jungatur.
33. Minuitur potestas tribus modis. *p. 433*
34. 1. Si potentiæ unius vel plurium opponatur alius Magistra- *ib:*
tas, qui horum acta impediendi facultatem habeat.
35. 2. Si magnis imperiis breve spatium concedatur. *ib:*
36. 3. Si potestas inter plures dividatur. *p. 434*

C 2

37. Poten

- ib:* 37. Potentia nimis jam ad aucta impeditur, si alio nimis potentes amandentur.
- p. 435* 38. Ostracismus olim adhibebatur.
- p. 437* 39. Statim Tyrannum opprimere non facile svadendum.
- p. 438* 40. Contra contemptum videndum est Magistratui, ne ipse subditos contemnat, nec ab iisdem contemnatur.
- ib:* 41. Laborandum Magistratui de favore & amore subditorum.
- p. 445* 42. Remedia contra contumeliam sunt (quæ vel corpori inferitur) ut non tantum à crudelitate abstineat Princeps, sed etiam, ne id committant Magistratus, prospiciat.
- p. 446* 43. (Vel bonis subditorum) ut subditis, quantum possit, ab executionibus parcat, si vero necessitas adsit, illam indicet.
- p. 448* 44. Sex modi potissimum sunt ad augendum ærarium.
- ib:* 45. 1. Bona publica fisco assignanda sunt.
- p. 449* 46. 2. Vectigalia iis rebus sunt imponenda, ex quibus lucrum sentitur.
- p. 451* 47. 3. Augetur ex sociorum pensionibus.
- ib:* 48. 4. Augetur ex liberalitate aliorum.
- p. 453* 49. 5. Ex hostium spoliis.
- ib:* 50. 6. Ex usurpatâ mercaturâ & negotiatione.
- p. 454* 31. Alii etiam modi acqvirendi pecuniam inusitati sunt, vel auctus fuit valor nummorum, vel ferreus substitutus pro aureo, vel alutinus &c.
- ib:* 52. Remedia contra conspirationem sunt, ut illa LL. prohibeatur, nec conventicula admittantur.
- p. 455* 53. Remedia contra injuriam sunt, ut cives, qui volunt stare Rempub: sint potentiores cæteris, & excludantur qui eam oderunt.
- p. 456* 54. Multi initio optimi, postea facti sunt pessimi ob nimiam potentiam igitur cautione opus est.
- p. 459* 55. Remedia contra dissimilitudinem hominum ex antecedentibus præservativis patet: Si quidem ejus curatio in præservatione consistit.
- p. 460* 56. Orandum & laborandum est.
- p. 461* 57. Quidam Historici, qui causas proximas ignorarunt, interitum Rerumpub: ad Fatum falsò retulerunt.

T A N T U M.

CAP. XVI.
DE CURATORIBUS.


1. Ordinarios sequuntur extraordinarii Magistratus.
2. Curatores sunt, quibus officia committuntur nem sine lege aut consuetudine.
3. Eos Magistratus hic consideramus, quibus d summa Potestatis extra ordinem exequenda.
4. Horum prima lex est; Nihil ultra mandatur.
5. Mutatâ voluntate mandantis ipsorum quoque finit.
6. Inter Curatores maximè prominent Legati.
7. Securitas Legatis præstanda est.
8. Legati modeste se gerant in alienâ terrâ.
9. Si duriora fuerint Legatis mandata injuncta, peramento mitiganda sunt.

CAP. XVII.
DE LEGIBUS.

1. Lex dicitur instituta ad compescendum improbos, sint.
2. Lex est iussum à summa potestate promulgatum.
3. Bonitas non pertinet ad essentiam legis, est tamen.
4. Non est de essentia Legis Scriptura.
5. Rationes LL. ex intimâ Philosophiâ desumendæ.
6. Philosophiâ derivat LL. ex Justitiâ.
7. Justitiâ duplex commutativa & distributiva. minorum, ad illam poenarum distributio refertur.
8. An verò poenæ proportionem Geometricâ, a irrogandæ, Judicem docebit prudentia ex LL. tam diu manens comparata, conjuncta eum experienciâ & solentium atque circumstantiarum consideratione.
9. Multitudo LL. nimia noxia est.
10. LL. simul latæ non faciliè mutandæ.

CAP. XVIII.
DE EDUCATIONE.

1. Maxima necessitas est educationis rectæ.



p. 321
ib:
p. 322
ib:
p. 323
ib:
ib:
p. 325
p. 326
p. 327
p. 329
ib:
p. 330
p. 331
ib:
ib:
p. 332
p. 338
p. 339
p. 340